[8, fol. LXVv] Caium Fabium legatum cum tribus legionibus, quas Narbonae²⁴ circumque ea loca hyemandi causa disposuerat, praemittit ad occupandum Pyrenaei saltus, celeriterque ab eo occupati sunt, qui eo tempore a Lucio Afranio praesidiis tenebatur. Reliquas legiones, uti longius hibernabant, subsequi iubet.

[9, fol. LXVIv] Erat itaque in urbe Ilerda, ac prope ubi Petreius et Afranius castra habebant, mons planiciem habens desuper passuum trecentorum: atque in ipsius planicie medio planicies paulo eminentior, quem tumulum Caesar cogitauit occupare, et communire, sperans ab eodem loco et occupare pontem, et commeatum ab urbe a castris Afranii et Petreii prohibere. Hoc cogitans legiones tres Caesar a castris eduxit ad occupandum collem acie in locis idoneis instructa, atque unam legionem ad occupandum collem percurrere iubet. Qua re ab Afranianis cognita celeriter cohortes Afranii breuiori itinere ad eundem

IVLIVS CAESAR, *ciu.*²³

[I 37. 1-2] C. Fabium legatum cum legionibus III quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat in Hispaniam praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari iubet qui eo tempore a L. Afranio legato praesidiis tenebantur. Reliquas legiones quae longius hiemabant subsequi iubet.

[I 43] Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem ubi castra Petreius atque Afranius habebant, planities circiter passuum CCC, atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior; quem si occupauisset Caesar et communiuisset, ab oppido et ponte et commeatu omni quem in oppidum contulerant se interclusurum aduersarios confidebat. Hoc sperans legiones III ex castris educit, acieque in locis idoneis structa, unius legiones antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare iubet. Qua re cognita, celeriter quae in statione pro castris erant Afrani cohortes breuiore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur.

²² Cayo Fabio entró en Hispania en nombre de César y Pompeyo envió hacia allí a Afranio y Petreyo. Afranio trataba de entretener a César junto a Ilerda (Lérida) para dar tiempo a que Pompeyo preparase un ataque a Oriente. César, frente a su campamento aguas abajo del Segre, intentó aniquilarlo con un golpe rápido y audaz, pero el fracaso inmediato y la crecida del río, que le cortó el suministro, dejaron en mala situación a los dos contendientes. Tras varias maniobras, César logró vencer a Afranio (49 a.C.) y dominó toda la Hispania Citerior.

²³ Hemos utilizado la edición de Sebastián Mariner Bigorra.

²⁴ El subrayado es nuestro y sirve para señalar las diferencias entre el texto de Margarit y el de César.

occupandum locum mittuntur. Locus nanque ab Afranianis praeoccupatus est ueloci cursu, atque Caesariani compulsi sunt intra suas se legiones recipere.

[9, fol. LXIXr] Tali igitur dum pugnatur modo, lente atque paulatim proceditur. Quum igitur milliaria pene quatuor progressi essent, ibi unanimi fronte hostis contra hostem castra muniuit, neque tamen iumentis onera deponunt. Vbi uero Caesaris castra posita sunt, tabernaculaque constituta, et diuisi equites pabulandi causa, animaduertunt Pompeianos iter facere sese subito proripiunt, et illos more solito insequuntur. Erat enim quasi hora diei sexta. Spem igitur eis fecerat euagatio militum Caesarianorum, qui ad pabula digressi fuerant. Quumque iter facere incoepissent, Caesar subsequitur relictis quibusdam cohortibus praesidio impedimentis, qui pabulatores reuocari, et hora decima subsequi iubet, et celeriter equitatus ad cotidianum itineris officium reuertitur. Pugnatur itaque acriter ad nouissimum agmen, adeo, ut pene terga conuerterent, pluresque milites, et Centuriones Pompeianorum interficiuntur. Instabat agmen Caesaris, et ab omni parte premebat, adeo, ut neque ad explorandum idoneum locum ad castra ponendum, neque ad progrediendum data esset facultas. Tandem necessitate coacti consistunt, et castra ponunt loco iniquo, et procul ab aqua. Caesar autem iisdem de causis, quae supra sunt demonstratae, praelio amplius non lacessit, et eo die tabernacula statui passus non est, quo omnes paratiores essent ad insequendum, siue nocte, siue die erumperent.

Contenditur proelio et, quod prius in tumultum Afraniani uenerant, nostri repelluntur atque aliis submissis subsidiis terga uertere seque ad signa legionum recipere coguntur.

[I 80.1-81.2] Tali dum pugnatur modo, lente atque paulatim proceditur crebroque ut sint auxilio suis subsistunt; ut tum accidit. Milia enim progressi IV uehementiusque peragitati ab equitatu montem excelsum capiunt ibique una fronte contra hostem castra muniunt neque iumentis onera deponunt. Vbi Caesaris castra posita tabernaculaque constituta et dimissos equites pabulandi causa animum aduerterunt, sese subito proripiunt hora circiter sexta eiusdem diei et spem nacti morae discessu nostrorum equitum iter facere incipiunt. Qua re animum aduersa, Caesar relictis <impedimentis cum> legionibus subsequitur, praesidio impedimentis paucas cohortes relinquit; hora X subsequi, pabulatores equitesque reuocari iubet. Celeriter equitatus ad cotidianum itineris officium reuertitur. Pugnatur acriter ad nouissimum agmen, adeo ut paene terga conuertant, compluresque milites, etiam nonnulli centuriones interficiuntur. Instabat agmen Caesaris atque uniuersum imminebat.

[I 81] Tum uero neque ad explorandum idoneum locum castris neque ad progrediendum data facultate consistunt necessario et procul ab aqua et natura iniquo loco castra ponunt. Sed isdem de causis Caesar quae supra sunt demonstratae proelio non lacessit. Et eo die tabernacula statui passus non est, quo paratiores essent ad insequendum, siue noctu siue interdiu erumperent.

[10, fol. LXXv] Itaque Caesar duas legiones praemittit in ulteriorem Hispaniam cum Q. Cassio Tribuno, et sexcentis equitibus qui magnis itineribus progreditur ediciumque praemittit ad certum diem, quo omnes Magistratus Principesque omnium ciuitatum praesto sint Cordubae, quo edicto per totam prouinciam promulgato nulla fuit ciuitas, quae non ad id tempus partem Senatus mitteret Cordubam. Corduba uero per se nunciato edicto Caesaris portas claudit, Varronique custodias ac uigilias in turribus muroque disposuit: et cohortes duas, quae Colonicae appellabantur, et cum Varrone uenerant, tuendae urbis causa penes se retinuit. Hisdem inter ea diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius prouinciae ciuitas, deductis in arcem oppidi cohortibus a Varrone pro praesidio, per se eiecerunt cohortes, portasque praecluserunt, haec magis properare compulerunt Varronem, ut cum legionibus Gades ueniret, ne itinere, aut traiectu intercluderetur, tanta ac tam foecunda in Caesarem uoluntas prouinciae reperiebatur.

[II 19] Itaque duabus legionibus missis in ulteriorem Hispaniam cum Q. Cassio, tribuno plebis, ipse cum DC equitibus magnis itineribus praegreditur edictumque praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium ciuitatum sibi esse praesto Cordubae uellet. Quo edicto tota prouincia peruulgato nulla fuit ciuitas quin ad id tempus partem senatus Cordubam mitteret, non ciuis Romanus paulo notior, quin ad diem conueniret. Simul ipse Cordubae conuentus per se portas Varroni clausit, custodias uigiliasque in turribus muroque disposuit, cohortis duas, quae colonicae appellabantur, cum eo casu uenissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. Isdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius prouinciae ciuitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio, per se cohortes eiecit portasque praeclusit.

[II 20] Hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne itinere aut traiectu intercluderetur: tanta ac tam secunda in Caesarem uoluntas prouinciae reperiebatur.

En los capítulos en los que se está inspirando en César, cada vez que nombra algún lugar de Hispania, Margarit mantiene esa preocupación especial por la geografía, que recuerda la de los humanistas italianos, intentando la identificación entre los nombres antiguos y modernos para conectar la historia pasada con la presente, propósito fundamental de los *Paralipomena*. La equiparación entre onomástica antigua y moderna es constante a lo largo de toda la obra de nuestro autor y lo hace a través de diferentes recursos como tuvimos ocasión de mostrar (Conde Salazar). En esta parte del libro noveno encontramos los siguientes ejemplos:

[8, fol. LXVv] Afranius enim se continebat ad oppidum Castillionem non longe a Pyrenaei Saltu, loco uocato a modernis Pertusio²⁵ supra collem ubi nunc arx constructa est. (...) Petreius uero ab Ana flumine nunc Godiana dicto usque ad Cantabros, qui Nauarri sunt.

[ibid.] Interim Petreius a Lusitania per Vectones, qui legionenses sunt, cum legionibus, et omnibus amicorum auxiliis ad Ilerdam urbem citerioris Hispaniae properet. Interea Caesar occupato Pyrenaeo a Fabio Emporium urbem ingressus est. Erat enim urbs regionis Metropolis in duas diuisa urbes et moenia, una quidem fuerat ad mare, quae Graecam habuerat originem cum Massiliensibus ex Phocensibus, et ea etiam Graeco idiomate loquebatur: altera, quae fuerat Celtiberorum ad Occidentem uersus, haecque regionalium colonum fuit. Vtraque uero suo uallo, suisque moenibus, ac seiunctis custodiis tutabatur.

[9, fol. LXVIr] Est enim Ilerda ciuitas sita inter duo flumina Sicorim et Cingam (...) Caesar igitur castra posuerat inter duos amnes Sicorim, et Cingam²⁶ supra urbem ad eam partem, ubi oppidum Baleaquerum situm est.

[9, fol. LXVIv] plurimum magnis operibus muniuerunt praesidiumque eodem in loco posuerunt, in quo nunc templum monasteriumque de Gaderni stare cognouimus.

[9, fol. LXVIIr] Lacetani, qui et Barcinonenses sunt: et Ausetani, qui et Vicenses, et post paululum Ilaqueones, qui et Derthusenses fuere, orasque Iberi obtinent (...) per totum annum Iberum naues congregari iubent atque efferri in oppidum Octogesima, quod hodierno idiomate Hitota dicitur, ibique pontem instrui iubet ad transitum Iberi, distabatque oppidum Octogesima siue Hitona castris milliaribus XX.

Antes de narrar la nueva incursión de Julio César en Hispania tras los pasos de Varrón,²⁷ basada en los capítulos del libro segundo de *De bello ciuili* que hemos dicho, el autor hace un breve resumen de la situación:

[10, fol. LXXr] Superatis itaque Lucio Afranio, et Marco Petreio cum eorum exercitibus apud Ilerdam statuit nullam belli rationem in Hispanis

²⁵ El subrayado es nuestro y sirve para señalar las identificaciones modernas y las descripciones geográficas.

²⁶ Caes. *Ciu.* I 48.

²⁷ Después de la victoria de Ilerda, César se alió con muchos pueblos de la Bética y consiguió que Varrón (que estaba en Lusitania al mando de las tropas de Pompeyo), se sometiese.

relinquere, sed M. Varronem tertium Pompeii legatum, qui ulteriorem Hispaniam tutabatur, insequi.

Por último, lo mismo que sucedía con el texto de Petrarca, Margarit hace referencia explícita a su fuente:

[9, fol. LXIXv] cuius orationem Caesar in Commentariis libro primo ciuilis belli explicat prolixo sermone: quam Franciscus Petrarca in libro de uiris illustribus adeo compressit, ut multa effectualia omiserit explicatione Afranii, et replicatione Caesaris, ideo Caesarem sequar in Commentariis,²⁸ quem in omnibus potissimum sum secutus.

V. *Historiarum aduersus paganos libri VIII* de Pablo Orosio

El capítulo 13 del libro IX de los *Paralipomena* está dedicado a la muerte de Pompeyo (48 a. C.) y a los episodios bélicos que tienen lugar en Alejandría y en otros lugares de África (47 a.C.). Al autor le parece necesario añadirlos para que se entiendan bien los hechos que tuvieron lugar a continuación en la Península.²⁹ En este caso, Margarit reproduce con gran fidelidad pasajes del libro VI de las *Historiae aduersus paganos* de Orosio, como se comprueba en los ejemplos expuestos a continuación:

MARGARIT, *Paralip. L. IX*

[12, fol. LXXIIIr] Pompeius igitur uiso aduerso belli euentum in Larisam urbem ad Egeum mare³¹ in ostio Poeneis amnis onerariam nauem nactus in Asiam transiit, inde in Ciprum post in Aegyptum uenit. Ibique mox, ut littus attigit, iussu Ptolemaei Regis Aegyptiorum in gratiam Caesaris uictoris occisus est. Pompeii filii fugerunt. Caetera Pompeiana classis direpta est omnibus, qui in ea erant crudelissime trucidatis, ibique et Pompeius Bithynicus occisus est.

OROSIO, *Adu.pag.VI*³⁰

[15. 27-28] Pompeius fugiens in ostio Penei amnis onerariam nauem nactus in Asiam transiit, inde per Cyprum in Aegyptum uenit ibique mox ut litus attigit, iussu Ptolemaei adulescentis in gratiam Caesaris uictoris occisus est. Pompei uxor filiique fugerunt; cetera Pompeiana classis direpta est omnibus qui in ea erant crudelissime trucidatis, ibique et Pompeius Bithynicus occisus est.

²⁸ El subrayado es nuestro.

²⁹ *Paralip.* IX 13, “Haec enim, quae ad Hispaniam non pertinerent, cursim pertingimus, ut Hispaniae gesta quo ordine constarent, facile quisque intelligerent. Nunc ero paululum digressi ad nostrum Hispaniae propositum reuertamur.”

³⁰ Hemos utilizado la edición de Marie Pierre Arnaud-Lindet (1990-91).

³¹ El subrayado es nuestro y sirve para señalar las diferencias entre el texto de Margarit y el de Orosio.

[12, fol LXXIIIr] Mox nauali certamine inito magna facilitate classem Regiam depressit, et Alexandriam cepit, petentibusque Alexandrinis Regem suum reddidit, monitum, ut magis amicitiam Romanam, quam arma experiri studeret, qui tamen ilico, ubi liber fuit, bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo et ipse deletus est.

[12, fol LXXIIIr] Postea uero quam Romam uenit, in Aphricam transiuit, et apud Tarsum cum Iuba et Scipione pugnauit, maximamque ibi hominum multitudinem interfecit, castraque utriusque dirupit, ac sexaginta elephantos cepit. Cato sese apud Vticam occidit...

[15. 4] mox nauali certamine pulsatus, magna felicitate classem regiam aut depressit aut cepit.

[16. 1] Alexandrinis petentibus regem reddidit monitum, ut magis amicitiam Romanam quam arma experiri studeret; qui tamen ilico ut liber fuit bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo et ipse deletus est

[16. 1-4] postea uero quam Romam uenit, dictator et consul creatus in Africam transiit et apud Thapsum cum Iuba et Scipione pugnauit maximamque ibi hominum multitudinem interfecit. castra utriusque direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato sese apud Vticam occidit

VI. De bello Hispaniense

En los capítulos 14 y 15 narra la persecución de los hijos de Pompeyo (46-45 a.C.). Esta vez toma como base el *Bellum hispaniense*³² y lo completa mezclándolo convenientemente con textos de Petrarca.³³

Comprobamos a continuación el paralelismo entre *Paralipomena* y *De bello Hispaniense*:

MARGARIT, *Paralip. L. IX*

[13, fol. LXXIIIv] Sextus Cordubam cum praesidio tenebat, Gneus uero circuibat prouinciam et quarundam ciuitatum amicitiam petebat a patre receptis beneficiis, quarundam uero amicorum beneuolentia, aliarum precibus, caeteras uero etiam bello et armis tentabat. Interea

*De bello Hispaniense*³⁴

[3] Erat idem temporis Sex. Pompeius frater qui cum praesidio Cordubam tenebat, quod eius prouinciae caput esse existimabatur; ipse autem Cn. Pompeius adulescens Vliam oppidum oppugnabat et fere iam aliquot mensibus ibi detinebatur. Quo ex oppido cognito Caesaris aduentu

³² Obra que Margarit piensa que compuso Hirtius y que más tarde corrigió Iulius Celsus (*Paralip. IX 14, Anneus Cirtius et Iulius Celsus, qui Comentaría Caesaris de ultimo Hispano bello alter composuit et alter emendauit; ibid., per hos etiam dies multa bella et praelia gesta sunt ad oppidum Theugam, Grimiumque ac alia oppida... incendit et hodie non extant, de quibus late desserunt Anneus Cirtius et Iulius Celsus in explicatione Commentariorum de Caesaris ultimo bello Hispano*).

³³ *Paralip. IX 14, secundum Petrarcam, quamquam Anneus Cirtius et Iulius Celsus ... de hoc nullam faciant mentionem.*

³⁴ Utilizamos la edición de Alfred Klotz.

Gneus nullum oppidum inter Hispalum Cremonamque quondam opulentissimam urbem oppugnare statuit. Oppidani quidem Hullae portas Gneo Pompeio clausurunt, intellecto enim Caesaris aduentu duos ab oppido nuncios per media hostium castra miserunt, nunciantes Caesari, nisi citissime occurreret, oppidum in manus Gnei Pompeii esse uenturum. Caesar, audiens urbem Hullam tam bene de ipso meritam, sexdecim cohortes totidemque equites ad illorum auxilia nocte secundaque uigilia misit, illisque praefecit hominem eiusdem patriae doctum rei militaris et practicum L. Viminium Paciecum.

[13, fol. LXXIIIv] ad oppidi portas uenerunt, et signo dato tam ipsi quam equites et pedites sunt recepti. Inde rebus dispositis in Pompeianos obsessores erumperunt, plurimaque illis tanquam insciis damna intulerunt. Caesar igitur misso ad Hullam praesidio, ut Gneum Pompeium ab obsidione auereret, Cordubam, quae principalis tunc urbs erat illius regionis, concessit.

[14, fol. LXXIIIv] Caesar, ut diximus, ut Gneum Pompeium ab Hullae obsidione deduceret, Cordubam uenit: uenerant enim ad eum perantea legati a Corduba promittentes deditionem. Sextus uero Pompeius frater Gnei in ea se continebat. Praemisit igitur Caesar nonnullos loricatos uiros fortes cum parte equitatus, qui quum ante conspectum urbis se contulissent, ab oppidanis et ciuibus deprehensum est, Caesarem proximum esse. Propterea erupit magna urbis multitudo ad excitandum praelio loricatos. Ipsi autem loricati ab equis descendentes magnum ibi praelium

legati clam praesidia Cn. Pompei Caesarem cum adissent, petere coeperunt uti sibi primo quoque tempore subsidium mitteret. Caesar – eam ciuitatem omni tempore optime de populo Romano meritam esse – celeriter sex cohortis secunda uigilia iubet proficisci, pari equites numero. Quibus praefecit hominem eius prouinciae notum et non parum scientem, L. Vibiurn Paciaecum.

[3] Cum ad portam appropinquassent, signo dato ab oppidanis sunt recepti, et pedites dispositi partim ibi remanserunt, equites clamore facto eruptionem in aduersariorum castra fecerunt. Sic in illo facto, cum inscientibus accidisset, existimabant prope magna pars hominum qui in his castris fuissent se prope captos esse.

[4] Hoc misso ad Vliam praesidio Caesar, ut Pompeium ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit, ex quo itinere loricatos uiros fortis cum equitatu ante praemisit. Qui simul in conspectum oppidi se dederunt, cum equis recipiuntur. Hoc a Cordubensibus nequaquam poterat animaduerti. Appropinquantibus ex oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum cum exissent, loricati, ut supra scripsimus, ex equis descenderunt et magnum proelium fecerunt, sic uti

commiserunt, superuenienteque equitatu Caesaris, qui latebat in insidiis, maxima multitudo erumpentium cessit, et capti sunt, ita quod pauci in urbem redierunt. Qua ex re timore commotus Sextus Pompeius literas misit ad fratrem Gneum, ut celeriter sibi subsidio ueniret, ne prius Caesar Codubam caperet, quam ipse uenisset. Itaque Gneus Pompeius Hulla urbe capta litteris fratris excitatus cum popiis Cordubam uenit.

[14, fol. LXXIVv] Pugnatum est itaque pro his nunciatis ad murum acriter, donec turree lignee Caesaris altera ui telorum corruit, altera uero igne incensa est. Sequenti uero die quaedam materfamilias de muro se deposuit et transfugit ad Caesarem. Hoc praeterea tempore tabellae de muro sunt deiectae, in quibus inuentum est scriptum: Lucius Mutius Caesari. Si mihi uitam tribuis, quoniam a Gneo Pompeio sum desertus, qualem me illi praestiti, tali uirtute et constantia me tibi praestabo. Eodem tempore iidem legati ex urbe, qui ante exierant, Caesarem adierunt: si sibi uitam concederet, sese sequenti luce urbem esse daturos; quibus respondit, se Caesarem esse fidemque praestitutum. Ita ante diem undecimam Calend. Martii Caesar urbem obtinuit et Imperator est salutatus.

ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum se reciperent. Hoc timore adductus Sex. Pompeius litteras fratri misit ut celeriter sibi subsidio ueniret, ne prius Caesar Cordubam caperet quam ipse illo uenisset. Itaque Cn. Pompeius Vlia prope capta litteris fratris excitus cum copiis ad Cordubam iter facere coepit.

[19] Eodem tempore pro muro pugnarunt acerrime et turrim nostram ut superiorem incenderunt, idcirco quod uentum oppidani secundum habuerunt. Insequenti luce materfamilias de muro se deiecit et ad nos transsiliit dixitque se cum familia constitutum habuisse ut una transfugerent ad Caesarem, illam oppressam et iugulatam. Hoc praeterito tempore tabellae de muro sunt deiectae in quibus scriptum est inuentum: 'L. Munatius Caesari. Si mihi uitam tribues, quoniam ab Cn. Pompeio sum desertus, qualem me illi praestiti, tali uirtute et constantia futurum me in te esse praestabo'. Eodem tempore oppidani legati qui antea exierant, Caesarem adierunt: si sibi uitam concederet, sese insequenti luce oppidum esse dedituros. Quibus respondit se Caesarem esse fidemque praestaturum. Ita ante diem XI Kalendas Martias oppido potitus imperator est appellatus.

Respecto a la geografía, se constata de nuevo la preocupación de Margarit, a la que ya hemos hecho referencia, por identificar nombres antiguos y modernos:

[14, fol. LXXIVr] Est autem Corduba sita ad flumen Baetim Guadalchaur moderna lingua uocitatum,³⁵ estque posita urbs ad Occidentem ad Lusitaniae partem.

IV. Conclusiones

El libro noveno de los *Paralipomena* de Margarit, dedicado a las actuaciones de Julio César en Hispania, está construido según un esquema basado en el *De gestis Caesaris* de Petrarca, pero este historiador no se conforma con el texto del italiano, sino que recurre a otros autores antiguos que selecciona en función de cómo cuente cada uno de ellos el suceso que en ese momento interesa en su narración. La originalidad de Margarit radica en la oportunidad de la selección de los autores y en el engranaje de los mismos.

De Petrarca toma la mayor parte de los capítulos 1 a 8, que nos introducen en la vida de César, el capítulo 11, dedicado a la toma de Marsella, el 12, al enfrentamiento de Pompeyo y César en Tesalia, y el capítulo 15, que relata la batalla de Munda y cierra el libro. Margarit sigue el texto de Petrarca muy de cerca hasta el punto de que algunas veces los verbos en primera persona que aparecen en los comentarios personales del autor corresponden a Petrarca, aunque lo normal es que suprima estos comentarios o les dé un nuevo giro. No obstante, a veces el gerundense modifica el texto del italiano para desarrollar por extenso algún aspecto que Petrarca sólo apunta o para subrayar aspectos que atañen a Hispania.

Pero nuestro autor no se conforma con la obra de Petrarca como fuente y también acude a otros relatos que detallan más los sucesos acaecidos en *Hispania*. Así, cuando narra los acontecimientos de la guerra civil que tuvieron lugar en la Península (final del capítulo 8 y capítulos 9-10), sigue los *Comentarios de la guerra civil* del propio César, que Margarit trata con algo más de libertad que el texto de Petrarca modificando vocabulario, morfología, sintaxis, orden de palabras, orden de la narración, etc. Además, cuando en la narración aparecen nombres de lugares de Hispania, se muestra siempre preocupado por identificar los nombres antiguos y modernos y relacionar la historia pasada con la presente, propósito fundamental de los *Paralipomena*.

El capítulo 13 está dedicado a la muerte de Pompeyo y a las guerras de Alejandría y África, sucesos que tienen lugar fuera de *Hispania* y, por lo tanto, marginales respecto al objetivo central, pero que es necesario contar para comprender hechos posteriores. En este caso la fuente directa es el libro VI de las *Historiae aduersus paganos* de Orosio, que Margarit transcribe con gran fidelidad.

Por último, el capítulo 14, que cuenta la persecución a que César somete en *Hispania* a los hijos de Pompeyo, está construido a base de textos del *De bello Hispaniense* que alternan con textos de Petrarca. Esta obra también está tratada con

³⁵ El subrayado es nuestro y sirve para señalar las equivalencias modernas.

cierta libertad por parte de Margarit a la hora de introducir variantes léxicas, sintácticas y estilísticas.

Margarit identifica por lo general las fuentes que utiliza en cada momento y da muestras de conocer éstas en profundidad, además de otras que puedan tratar los mismos hechos, y muestra ante ellas una actitud crítica. De su soltura en el manejo de las mimas nos da pruebas el texto que nos sirve de colofón:

[12, fol. LXXIIv] De numero uero copiarum longe autores dissentiunt. Annei quidem Flori, qui hanc rem breuissima oratione perstrinxit, uerba sunt haec (...) Eutropius uero describit in eo bello fuisse cum Pompeio peditum quadringenta millia uero mille et centum, sexcentos uidelicet in sinistro cornu, indestero uero quingentos. Caesar uero habuit non plene trecenta millia, equites uero mille. Huic autem concordat Orosius. Caesar uero in Commentariis numerum copiarum non exprimit, sed asserit eodem bello interfuisse uiginti duas cohortes, ex qua expressione de supradicto numero facilius potest habere credulitas Petrarcha uero in libro de uiris illustribus transit cum assertione Annei Flori.

Obras citadas

- Arnaud-Lindet, M. P., ed. *Histoires (contre les païens)*. Orose. Paris: Les Belles Lettres, 1990-91.
- Bassols de Climent, M., ed. *Vida de los doce Césares. C. Suetonio Tranquilo*. Barcelona: Alma Mater, 1964-70.
- Conde Salazar, M. "La toponimia en los *Paralipomena* de Joan Margarit." Eds. R. Schnuer, et al. *Acta Conventus Neo-Latini Abulensis. Proceedings of the Tenth International Congress of Neo-Latin Studies (Ávila 4-9 August 1997)*. Arizona: University Press, 2000. 183-91.
- Crevatin, G., ed. *De gestis Cesaris. Francesco Petrarca*. Pisa: Scuola Normale Superiori di Pisa, 2003.
- Croce, B. *La Spagna nella vita italiana durante la Rinascenza*. Roma: Laterza, 1941 [1917].
- Fita i Colomer, F. *El Gerundense y la España primitiva*. Madrid: RAH, 1897.
- Garin, E. Antonio Vicens. *El Renacimiento italiano*. Barcelona: Ariel, 1986.
- Klotz, A., ed. *Kommentar zum bellum hispaniense*. Berlín: B. G. Teubner, 1927.
- Lucero Comas, L. 'El llibre segon del *Paralipomenon Hispaniae* de Joan Margarit, edició crítica, traducció i estudi.' Universitat de Girona, Memòria de Llicenciatura Inèdita, 1994. En <http://www3.udg.edu/ilcc/Eiximenis/html_eiximenis/portal_SH/textos/paralipomenon%202.htm>.
- "La tradición manuscrita y el uso de las fuentes en el libro II de *Paralipomenon Hispaniae*." *Actas del IV Congreso de Postgraduados en Estudios Hispánicos*. Londres: Consejería de Educación y Ciencia de la Embajada de España, 1996. 101-11.
- "El *Paralipomenon Hispaniae* de Joan Margarit i els humanistas italians." Eds. L. Badia, M. Cabré, & S. Martí. *Literatura i cultura a la Corona d'Aragó Ç (segles XIII-XV)*. *Actes del III Col.loqui "Problemas i Mètodes de Literatura Catalana Antica"*, Universitat de Girona, 5-8 juliol de 2000. Barcelona: Curial Edicions Catalanes, Publ. de l'Abadia de Montserrat, 2002. 271-84.
- "L'editor com a Hèrcules." *Estudi general* 23-24 (2004): 379-88.
- Mariner Bigorra, S., ed. *Iulius Caesar, Commentariorum belli ciuilis libri III*. Madrid: CSIC-Tirant lo Blanch, 1990 [reed. 2007].
- Ryder, Alan. *The Kingdom of Naples under Alfonso the Magnanimous: The Making of a Modern State*. Oxford: Clarendon Press, 1976 [*El reino de Nápoles en la época de Alfonso el Magnánimo*. Valencia: Edicions Alfonso el Magnànim, 1987].
- Segarra, M. I. *Corona Regum. Joan Margarit*. *Studia Humanitatis* 2. Girona: Edicions Vitel.la, 2008.
- Tate, R. B. "El *Paralipomenon* de Joan Margarit, cardenal obispo de Gerona." Ed. R. B. Tate. *Ensayos sobre la historiografía peninsular del siglo XV*. Madrid: Gredos, 1970.

- Teresa Loret, tr. *Joan Margarit i Pau, cardenal i bisbe de Girona*. Barcelona: Curial, 1976.
- “Margarit i el tema dels Gots.” Eds. J. Bruguera & J. Massot i Muntaner. *Actes del Vè Col.loqui de llengua i Literatura catalanes*. Montserrat: Publicacions de l’Abadia de Montserrat, 1980. 151-68.
- Vilallonga, M. *La literatura llatina a Catalunya. Repertori bio-bibliogràfic*. Barcelona: Curial Edicions Catalanes, Publ. de l’Abadia de Montserrat, 1993.